e-codices

A t erit mihi hoc factum mortuo memorabile
M eum herum captum ex ſeruitute atq: hoſtib;
R educem fuiſſe liberum in patriam ad patrem
M eumq: potiuſ caput periculo preoptauiſſe q̄ is periret ponere
Aeg F acito ergo ut acheronti ducas gloriam
Tin Q ui per uirtutem peritat non interit
Aeg Q uando ego te exempliſ peſſumis excruciauero
A tque ob ſutelaſ tuas te morti miſero
V el te interijſſe uel perijſſe predicent dum pereas
N ihil interdico dicant uiuere · pol ſi iſtuc faxis
H aud ſine poena feceriſ ſi ille huc redibit & ſic confido affore
Ar P roh dij īmortales nunc ego teneo nunc ſcio quid ſit hoc negocij
M euſ ſodaliſ philocrateſ in libertate ē ad patrem in patria
B ene eſt nec quiſq̄ eſt mihi æque quoi meliuſ velim
S ed hoc mihi egre eſt me huic dediſſe operam malam ·
Q ui nunc propter me meaq; uerba uinctuſ eſt · Aeg uetauin te q̄cq̄ m̄
H odie falſum proloqui · Aeg vetauiſti · Tin quor eſ auſus mentiri mihi
Tin Q uia uera obeſſent illi quoi operam dabam nunc falſa proſunt
Aeg A t tibi oberunt · Tin optumum eſt · at herum ſeruaui quē ſeruatum
G audeo · quoi me cuſtodem addiderat herus maior meuſ
S ed male ne id factum arbitrare · Aeg pessume · Tin at ego aio recte
Q ui abs te ſeorſum ſentio · nam cogitato ſi qſ hoc gnato tuo
T uuſ ſeruus faxit qualem haberes gratiam · emitteres
N ec ne eum ſeruum manu · eſſet ne apud te iſ ſeruos acceptiſſumus reſpōde
Aeg O pinor · Tin quor ingratuſ mihi eſ · Aeg qa illi fuiſti q̄ mihi fidelior ·
Tin Q uód tu una nocte poſtulauiſti & die recenſ captum hominem
N uperum & nouitium · te perdocere ut meliuſ conſulerem tibi q̄ illi
Q ui cum uná puero ætatem exegerā · Aeg ergo ab eo petito
I ſtam gratiam · ducite ubi ponderoſas craſſaſ capiat compedeſ
I nde ibi porro in latomiaſ lapidariaſ ibi cum alij octoneſ Lapideſ effodiūt
N iſi quotidianoſ ſex qui opuſ confeceriſ ſexcentoplago nomen indet tibi
Ari P er deoſ atque homineſ ego te obteſtor aegio ne tu iſtunc hominem pdui · Aeg curabit
N am noctu neruo uinct⁹ cuſtodibit interdiu ſub terra Lapideſ eximet
D iu ego hunc cruciabo non uno abſoluam die
Ari C ertum ne eſt tibi iſtuc · Aeg non moriri certiuſ
A bducite iſtum actutum ad hyppolitum fabrum

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 51v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/51v)